



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

LVI. Die Markgrafen Otto und Conrad weisen die Stadt Stendal an, jährlich 20 Marck aus ihrer Urbede dem Domcapitel zu Magdeburg zu zahlen, am 5. August 1296.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LVI. Die Markgrafen Otto und Conrad weisen die Stadt Stendal an, jährlich 20 Mark aus ihrer Urbede dem Domcapitel zu Magdeburg zu zahlen, am 5. August 1296.

Nos Otto et Conradvs, Dei gracia Brandenburgenses et de Landelberg Marchiones, Recognoscimus tenore prelorentium publice protestantes, quod fidelibus nostris civibus in Stendal injungentes dedimus in mandatis, ut de centum marcis, quas annis singulis nobis solvant, in duobus terminis, videlicet in festo beati Martini quinquaginta, et in festo beate Walburgis similiter quinquaginta, honorabilibus dominis canonicis ecclesie Magdeburgensis viginti marcas annis singulis, exsolvant, videlicet decem in festo beati Martini et decem in festo beate Walburgis. Has itaque viginti marcas predicti ciues nostri de annua pensione nostra singulis annis dabunt canonicis antedictis, quousque ducentas marcas argenti canonicis dedimus memoratis. In cujus rei evidens testimonium presentes conscribi iussimus literas et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Acta sunt hec anno Domini M^o. CC^o. LXXXVI. et data Sandow, in die beati Oswaldi.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 29.

LVII. Die Markgrafen Otto und Conrad geben eine Juden-Ordnung für die Stadt Stendal, am 4. April 1297.

Nos Otto et Conradvs, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landelberg, Recognoscimus prelorentium per tenorem publice protestantes, quod dilectis nostris consulibus atque Burgenlibus univertis civitatis Stendale commissimus atque dedimus in mandatis volentes, ut Judeis nunc civitatem Stendale inhabitantibus futuris temporibus inhabitandis suas patentes literas conferant, in hunc modum, videlicet: quod dicti Judei communi jure gaudeant civitatis, et a dictis consulibus tanquam Burgenles eorum proprii teneantur et quod nullus Judeus dictam nostram civitatem Stendale inhabitet, et jure simili potiatur, nisi substantia suarum rerum se extendat ad summam decem marcarum, et quod quivis Judeus nobis de sua marca unum lotonem annis singulis dare duobus in terminis anni divisim, videlicet in festo sancte Walburgis dimidium lotonem et in festo beati Martini dimidium lotonem perpetuo teneatur. Item cum Judeus aliquis causabitur, et justitia persecutus usque ad juramentum publice faciendum, et hoc quidem ante scolas faciet Judeorum lingua theuthonica, ita quod christiani univertsi suum intelligant juramentum. Volumus eciam hoc mandantes, ut nullus judeorum simul compromittendo aut statuendo ullum jus faciat aut dictare presumat super pecunia mutuanda vel mutuo concedenda, sed quilibet Judeus suam pecuniam mutuo dabit, secundum quod videbitur sibi convenire. Quicumque autem in hujusmodi reus poterit approbari, summa decem marcarum procul dubio emendabit, quarum dimidietatem nos recipere tenebimur, et alteram dimidietatem recipiet nostra civitas jam predicta. Preterea memoratis consulibus nostris dedimus in mandatis, ut pueris Oemes Judei suas patentes literas conferant speciales, videlicet quod jure et libertate congaudeant, et similiter protegantur, utpote Burgenles Stendale univertsi, pro quibus prefati pueri annis singulis nobis dabunt quatuor mar-